

N E P O T I S.

V. Cl. Laurentio Pignorio, atque is mecum
communicavit) intelligo, natum fuisse Nepo-
tem in *Hostilia*: qui Veronensem vicus est,
Tacito, Plinio, Cassiodoro, & Antonino in
Itinerario memoratus, hodieque Ecclesiasticæ
Veronensem jurisdictioni subditus. Histori-
cus hic *Ciceronis amicus familiaris* a Gellio vo-
catur lib. XV. c. XXVIII. *Chronica* scripsisse,
testis est idem Gellius lib. XXVII. cap. XXI.
In his pro triplici tempore ἀιδηλῷ, μυθικῷ καὶ
ἱστορικῷ, (de quibus ex Varrone & aliis, libro
de arte historica diximus) tres videtur scripsisse
libros, ac singulis unius temporis narrationem
esse complexus. Sane tres libros fecisse Ne-
potem, quibus omne ævum comprehendenterit,
liquido testatur Catullus initio Hendecatylia-
borum. Nec historicum tempus ab eo solum
esse tractatum, indicio est illud Ausonii: *Apo-
logus Titiani, & Nepotis Chronica, quasi alias
apologos nam & ipsa instar fabularum sunt*) ad
nobilitatem tuam misi. Item ex eo, quod Ter-
tullianus in Apologetico adversus gentes (ubi
eum inter antiquitatum commentatores diser-
tim reponit) dicit haud aliud Saturnum, quam
hominem, promulgasse. Quod etiam Lactan-
tius tradit lib. I. c. XIII. Reliquit præterea *libros*
illustrium virorum, quorum Gellius meminit
lib. XI. cap. 8. & Servius in 1. Æneid. Eorum
librum 1. 15. & 16. citat Charisius. Ex his
habemus viginti duos exterarum gentium im-
peratores. *Cæteris libris egisse de Romanis,*
¶ 5 hæc